

disponendos in recompensationem septem mansorum, quos dilectus nobis Euerhardus Merseburgensis episcopus coniventia cleri sui aliorumque omnium, quorum requi[reb]atur assensus, monasterio Pigaugiensi ad petitionem predicti marchionis contulit in villa Stulpe solventes annuatim qu[antum] supra dicti duodecim mansi, quos imperiali liberalitate Euerhardo Merseburgensi episcopo et ecclesie sue contulimus. Preterea ipsi Merseburgensi 5 ecclesie auctoritate huius scripti nostri confirmamus mansum unum in Cotewiz, quem ei ad interventum predicti marchionis dedimus perpetuo iure possidendum. Ut igitur hoc nostre auctoritatis donum ipsi ecclesie ratum maneat, testimonio presentis pagine sigillo nostro roborate factum nostrum omnibus imperii nostri fidelibus cupimus ostendi, stantentes et imperiali auctoritate confirmantes, ut nulla omnino persona humilis vel alta 10 secularis vel ecclesiastica hoc nostrum beneficium irritare aut quolibet modo ei contraire presumat. Quod qui fecerit, indignationem imperatorie serenitatis cum periculo rerum et persone se noverit incursum. Huius rei testes sunt. Bertoldus Nuwenburgensis episcopus. Otto marchio Misnensis. Comes Albertus de Euerstein. Co[nradus] buregravius de Nurenberg. Conradus buregravius de Dewin. Godeboldus buregravius de Nuwen- 15 burch. Svid[eger]us de Ymniz et Bruno frater eius. Petrus de Hagen et Berero frater e[ius]. Thiemo de Coldiz et filius [suus] Olricus. Fredericus de Gro]ysche. Hugo iunior de W[ar]da. Gerhardus de [Nib]odiz. [Heinricus de Wida]. Wich[mannus] de Aldengroz. Heinricus de Rozewaz. Heden]ricus de Maltes. Conradus de Walthusen. Hugo de S[ulze]. Ekebertus de Lutere. Conradus camerarius et alii quam plures. 20

:Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.: (M.)

Ego Iohannes imperialis aule cancell[ari]us in vice Conradi Maguntini archiepiscopi Germanie [archicancellarii recog]novi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXX&XVIII, indictione VII, regnante domino Frideri[co Romanorum] imperatore 25

semper augusto, anno regni eius XXXVII, imperii vero XXXV; datum apud castrum Aldenburch III kal. [o]ctobris.

(SD.)

536.

*Kaiser Friedrich I. bestätigt das Nonnenkloster zu Wöltingerode und nimmt dasselbe mit allen Besit- 30
zungen in seinen Schutz. — Zeuge: Markgraf Dedo. Gernrode, 1188 Nov. 22.*

Hdschr.: Cop. saec. XVI., vidimirt von Martinus Probst, s. imp. auct. publicus notarius, im k. und k. H., H.- und Staatsarchive zu Wien, RHR., Conf. privil. germ. exped. fasc. W. 4. Orig. in Privatbesitz.

Gedr.: Stumpf, Acta imperii 239. Stumpf 4505.

— — Testes huius rei sunt. Theodoricus Haluerstatensis episcopus. Eber- 35 hardus Merseburgensis episcopus. Bartoldus Cicensis episcopus. Conradus Goslariensis prepositus. Bernhardus dux Saxonie. Dedo marchio de Landisperc. Otto filius imperatoris comes de Lenceburc. Edelgerus comes de Hohenstein. Burchardus comes de Waltingerode. Adelbertus comes de Werningerode. Sigboto comes de Schartueldt.